In bono perseuerantes Matheus
Qui perseuerauerit vsq; in finem sal
uus erit

Dominica tercia

Quid existis in desertum vide
re hic commendat dominus
Johannem in quatuor. Qui igit vult
a domino commendari Primo cauere
dz ne sit arundo vento agitatus per su
perbiam Eccle. Non vertes te in om
nem ventum Intus vacuus per ava
ritiam Eccle. auarus non imple
bitur pecunia Idem vencer impiorum
insaciabilis.
In luto radicatus per luxuriam
Joel Computruerunt iumenta in
stercore suo
Secundo cauendo ne sit mollibus in/
dutus Hoc debent cauere maxime

mulieres. Tria enim mala frequenter
inde proueniũt
Primum est quod inde spoliatus amic
tendo. scilicet animas depredat̃ prouer.
Ecce mulier occurrit illi.
Secundum est quod impudicus aspe/
ctus vulneratur Ecclesiasticus Ocu
li tui videbunt extraneos. In Trenis.
Oculus meus depredatus est animam
meam Matheus Qui viderit mulierez
ad concupiscendam eam mechatus est
eam in corde suo.
Tercium ꝙ mulier inde gloriatur Eze
chielis Ornamentum monilium suorũ
in superbiam posuerunt.
Tercio oportet vt sit propheta. scilicet
predicando Insidias diaboli vt cauean
tur Petrus Sobrij estote ⁊ vigilate ꝙ
aduersarius noster dyabolus ⁊c̃

Job Obsederunt in gyro tabernaculuz meum

Supplicia inferni vt fugiantur Job Fugite a facie gladij Psalmista Ignis sulphur spiritus procellarum. pars calicis eorum

Gaudia celi vt appetãtur Apostol? ad Chorintheos Quod oculus non vidit nec auris audiuit ꝛc Isaias Gaudium ⁊ leticiam optinebunt

Quarto vt sit non tantum propheta. sed plusq̃ propheta Quod erit. si quod dicit ostendit ⁊ ꝗ tribus modis

Primo peccata fugiendo Ecclesiastic? Quasi a facie colubri fuge peccatum

Secundo sollicite conuersãdo Ap? .ad Thitum Sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuam? in hoc seculo

Tercio feliciter perseuerando Mathei

Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit

Dominica quarta.

Ego vox clamantis in deserto

Dicit ergo Johannes Siue predicator Ego vox Et dicitur predicator vox .quia per ipsuz sicut per vocem voluntas patris ostenditur.

Voluntas dei declaratur . Apostol9 ad Thesalo. hec est voluntas dei sãtificatio vestra Piger stimulatur Prouerbiorum Vade ad formicam o piger et disce sapientiam Ecclesiasticus Verba sapientum quasi stimuli Laborans animatur Sapientie In paucis vexati int Et paulo post bonorum verborum gloriosus est fructus Sapientie Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum